



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 88. Pertinax Burgundi consilium Helvetios in montium angustiis  
aggregandi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

unde Helvetiis validam armatorum ma- Sæcul. XV.  
num in auxilium mittunt; cum ipsi ali- A.C. 1476.  
unde nec militum, nec armorum penuria  
laborarent.

Helvetii, gens ceteroquin rufis, ac  
tum propriæ suæ virtutis nondum con-  
scia, ad primam Gransonensis obsidionis  
rumorem tumultuarie copias contrahunt,  
& circiter sex millia suorum in aciem  
educunt contra Burgundiæ Ducem, qui  
tamen in exercitu suo ferme quinquagin-  
ta bellatorum millia numerabat. Quare  
exiguo suorum manipulo Burgundionum  
castra invadere minime ausi, versus Ebro-  
dunum ad Novocastrensis lacus extrema-  
se recipiunt, ibidemque angustas mon-  
tium fauces vallo atque fossis circumdant,  
spe freti, quod hostes suos forte irruen-  
tes facili negotio deleturi essent.

### §. LXXXVIII.

*Pertinax Burgundi confilium Hel-  
vetios in montium angustiis  
aggrediendi.*

Cum vero Burgundiæ Dux tam vali-  
dum recenseret exercitum, ut decem  
Burgundiones adversus unum Helvetium  
dimicarent, roboris sui fiducia elatus,  
nomini suo labem inuri existimabat, nisi  
ipsam quoque artem, naturamque expu-  
gnaret, spe fatus, loci opportunitatem,

N n 2                   qua

**Sæcul. XV.** qua hostes muniti erant, facile militum  
 A.C. 1476. suorum numero superatum iri. Quapropter Helvetios in montium faucibus  
 tutos aggredi, pertinaci consilio statuit, nil proficiens monitis suorum Belli-  
 ducum, qui, licet militari prudentia magis clari essent; frustra tamen Duci ex-  
 ponebant, Helvetios ad angusta se rece-  
*Oliv. March.* lib. 2. cap. 8. pisse loca Gransonum liberandi spe ad-  
 ductos, eos tamen comperta urbis ex-  
 pugnatione in suis montibus paulo post  
 ad extrema redigendos; illos enim anno-  
 næ penuria laborare, proin ad sua rever-  
 ti brevi compulsum iri, nisi forte cum  
 certæ suæ cladis augurio in æquum  
 apertumque campum descendendi consili-  
 um capturi essent. Ast Burgundus spre-  
 tis suorum consiliis in propriam sui rui-  
 nam præceps ruere maluit, suoque exer-  
 citu in tres partes diviso, primum agmen  
 mentium aditus invadere jussit; ipius  
 vero haud procul cum media, atque po-  
 strema acie justo ab invicem intervallo  
 discretis sequebatur. Adventantem Hel-  
 vetii animo intrepidi, nec loco moti ex-  
 cipiunt, suisque sclopetariis, ac sagitta-  
 riis ad flexuosa montium itinera circum-  
 circa dispositis, exercitus robur ad viæ  
 recessus collocant, hostem præstolaturi,  
 ibidemque tam vacuum loci spatium re-  
 liquunt, ut Burgundus toto primo agmi-  
 ne suo impune progredi posset; reliqua

Hel-

millitum  
Quapro-  
aucibus  
statuit,  
n Belli-  
ntia ma-  
uci ex-  
se rece-  
spe ad-  
rbis ex-  
ulo post  
m anno-  
a rever-  
te cum  
æquum  
i consili-  
lus spre-  
fui rui-  
ne exer-  
agmen  
ipsius  
que po-  
tervallo  
em Hel-  
noti ex-  
sagitta  
circum-  
ad vise  
colaturi,  
ium re-  
o agmi-  
reliquae  
Hel-

Helvetiorum copiæ a dextra lœvaque Sæcul. XV.  
primos montis aditus obsidebant, ut Bur- A.C. 1476.  
gundis magno numero incautius, longius-  
que per angusta viarum abreptis, redi-  
tum intercluderent, hostemque a tergo  
strenue aggredierentur.

### §. LXXXIX.

#### *Burgundici exercitus clades ab Hel- vetiis illata.*

Helvetiorum consiliis per omnia succes-  
sus suus collusit. Burgundiones Commis.  
lib. 5. cap. I. enim cum magna primi agminis parte  
montium recessus nullo obstante pene-  
trant, primique militum ordines in Hel-  
vetiorum agmen præcipiti furore irruunt,  
tantoque numero reliqui insequuntur, ut  
locus ex condito vacuus neglectusque  
in momento temporis Burgundo milite re-  
pletus esset. Hoc facto Helvetii dextror-  
sum, ac sinistrorum dispositi dato signo  
prorumpunt, viarum aditus intercludunt,  
& residuam Burgundorum partem, quæ  
in prima acie erat, adeo scite propellunt,  
ut nec ultra progreedi posset, eo quod Hel-  
vetii obversis hastarum cuspidibus obsta-  
rent, nec amplius pedem referre valeret,  
cum alterum hostis agmen retro viam ob-  
struxisset. Unde Burgundiones ita arcte  
conferti & quasi cohærentes stabant, ut  
nequidem se movere potuerint, sed gran-

N n 3

dinan-